B. N. C
FIRENZE
1057
14

1057 14

Digitized by Google

Digitized by Google

# SUMMÆ IMPERATRICI CÆLI, AC TERRÆ VIRGINI, ET MATRI

SERPENTINI CAPITIS CONTRITIONE

*CVNCTAS IN MVNDO HAERESES INTERIMENTI*

AVGVSTINI DOCTORIS MAXIMI

ADVOCATÆ,

DE AVGVSTINIANA DOCTRINA

*CONTRA HÆRESES*

IN TEMPLO FLORENTINO

PATRVM AVGVSTINENSIVM

DISCEPTATVRVS

*SE, SVASQVE THESES*

F. IOANNES AVGVSTINVS BRITTO

LVSITANVS CAVENSIS STVDENTIVM MAGISTER

Venerabundus Conſecrat.

1372

FLORENTIÆ

Apud Cæſarem de Bindis ſub ſigno S. Bernardi MDCCVIII.

*SVPERIORVM PERMISSVM*

1057 14

Digitized by Google

# DOCTRINA S. P. NOSTRI AVGVSTINI

## MAGNI ECCLESIÆ DOCTORIS

Nunquam ad extrema Declinans, ſemper ſcripturis innixa, & à ſummis Viris debitis laudibus exornata,

I.

### ATHEUS.

DEUS eſt vox inanis, nomen ſine re: haud ſecus, ac hircocervus, atque chimera.

### TEXTUS PRO AUGUSTINO CONTRA ATHEUM

Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus *Ps.* 13.

### LAUS AUGUSTINO,

Catholici te conditorem antiquę rurſum fidei venerantur, atque ſuſpiciunt; & quod ſignũ maioris glorię eſt, OMNES HÆRETICI DETESTANTUR, *S. Hier. ep.* 8o. *ad Aug.*

I.

### AUGUSTINUS.

DEUS non eſt hoc, vel illud bonum, ſed omnis boni bonum 8. *de Trin. c.* 3.

### CONCLUSIO AUGUSTINIANA.

Quamvis neceſſe ſit, dari Deum Summum bonum, plures tamen dari Deos, ac ſumma bona, repugnat.

### APPENDIX.

Hic ſcholaſticis proponimus theſes omnes ad Dei exiſtentiam, atque unitatem ſpectantes.

I.

### TRITHEITA.

DEUS triplex eſt ad numerum perſonarum, quorum quiſque ſuâ habet bonitatẽ diſtinctam.

### TEXTUS CONTRA TRITHEITAM PRO AUGUSTINO.

Audi Iſrael, dominus Deus noſter Deus unus eſt *Deut.* 6.

### AUGUSTINO LAUS

Ad Sanctum, & venerabilem Eccleſię Romanę Bonifacium veſtra ſcribere dignetur Sanctitas ut, & ipſe quod SANCTUS AUGUSTINVS STATUERE dignatus eſt, deliberare poſſit *Concil. carth.* 6. *c.* 8.

II.

HESIODITA,

Non duplici numero Deitas clauditur, ſed per triginta millia numina tranſcendit.

TEXTUS

PRO AUGUSTINO CONTRA HESIODITAM.

Scimus, quia nihil eſt idolum in mundo, & quod nullus eſt Deus, niſi unus 1. *Corinth.* 8.

LAUS AUGUSTINO,

Auguſtinus ſapientiæ lumen præfulgidum, propugnaculum veritatis, omnes Eccleſiæ Doctores, tam ingenio, quam ſcientia vicit incomparabilis *S. Poſſid. calam. Ep. invit. Auguſtini*

III.

NOETIANUS,

Vna eſt in Deo perſona, quæ ob varia munera, modo vocatur Pater, modo Filius,

II.

AUGUSTINUS,

Si de Solo Deo proprie verificatur hoc verbum EST, nihil habet Deus contrarium, ſi enim quæratur, quid ſit ei contrarium, quod eſt? Reſpondetur, quod non eſt 12. *de C.D. c.2.*

CONCLUSIO AUGUSTINIANA,

Non plures Dii ſunt, à quorum uno alia, à quorum alio alia bona derivent, nec duo, quorum alter bona, alter vero mala diffundat.

APPENDIX.

Huc diſcutiendas revocamus eas propoſitiones, quæ moveri ſolent in ſcholis de mal's tam pœnæ, quam culpæ.

III.

AVGVSTINVS

Vnus Deus, quamvis Pater Filium genuerit, & ideo Filius non ſit, qui Pater eſt, Filiuſq; à Patre ſit genitus, & ideo non ſit Pater, qui Filius eſt 1. *de Trin. c.* 4.

II.

GNOSTICVS

Duo tantum exiſtunt DII, unus uni contrarius, alter bonus, malus alter.

TEXTVS

CONTRA GNOSTICVM PRO AUGUSTINO.

Ipſe eſt Deus, & non eſt alius præter eum *Deut.* 4.

AVGVSTINO LAUS

Fateor me eius ( *Auguſtini* ) aſſertiones ita probatas habere, ut ſe ipſum ore ſuo HÆRETICVM detegat, ſi AVGVSTINVM putaverit IN ALIQVO REPREHENDENDVM eloquio *Serap. & arnob. in conf.*

III.

ARJANVS

Alia eſt natura in Patre, alia in Filio, ſicut alia eſt huius ab illius perſona,

TEX-

TEXTUS.
PRO AVGUST. CONTRA NOETIANVM

Ego, & Pater unum SVMVS *Ioan.* 10.

LAVS AVGVSTINO.

Doctrinam Auguſtini, ſecundumPredeceſſorum meorum ſtatuta, Romana ſequitur, & ſervatEccleſia *Ioan.2.ſum: Pont l. de duabus nat.*

IV.

SABELLJANVS

A perſona Patris, & Flii non eſt realiter diverſa perſona Spiritus S.

TEXTVS PRO AVGVSTJNO CONTRA SABELLIANVM

Tres ſunt, qui teſtimonium dant in Celo, Pater, verbum, & Spir. S. &c. 1 *Ioan.* 5.

CONCLVSIO AUGUSTINIANA

Pater, & Filius eandem omnino habent naturam; at vero perſona Patris alia eſt realiter à perſona Filii.

APPENDIX.

Hic non renuimus diſputare de iis, quæ agitari ſolent in ſcholis de perſona Patris, & Flii.

IV.

AVGVSTINVS

Spiritus S. nec Pater [eſt] nec Filius, Patri, & Filio etiam ipſe coæqualis *l. de Trin.*

CONCLVSJO AVGVSTINIANA.

Spiritus S. diſtinguitur realiter à Patre, & Filio in perſona, ſecus in natura.

TEXTUS CONTRA ARJVM PRO AVGVSTINO

Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum *Ioannis* 1.

AVGVSTJNO LAVS

Sidelitioſo cupitis pabulo faginari B. AVG. compatriotæ veſtri opuſcula legite, & ad comparationem ſiliginis illius noſtrum, furfurem non quæratis. S. *Prudent. epiſc. ad Hincmart: & Pardul:*

IV.

MACEDONJANVS

Perſona Spiritus San. eſt alia realiter à perſona Patris, & Filii: at Spiritus ipſe non eſt Deus.

TEXTVS CONTRA MACEDONIANVM PRO AVGVSTINO.

Anania? cur tentavit ſatanas cortuum, mentirite SpirituiS. non es mentitus hominibus, ſed DEO *act.* 5.

LAVS AVGVSTINO

Doctor eximius eſt B. Auguſtinus,quia debellator hæreticorum,defenſor fidelium, & famoſorum eſt palma certaminum *Aurel.Caſſiad. l. diu. lect. c. 22.*

V.
HJERACHJTA

Parvuli Baptizati, non pertinent ad regnum Cælorum, cum nulla fuerint eis merita.

TEXTVS PRO AVGVSTJNO CONTRA HJERACHJTAM

Per unius[ *Christi* ] iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitę *Rom. 5.*

LAVS AVGVSTJNO

Nec unquam hunc(*Aug.*) ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem r umor aſperſit, qué tantę ſcientię olim fuiſſe meminimus, ut inter magiſtros optimos etiam ante à meis ſem per deceſſoribus, haberetur. Bene ergo de eo omnes in comune ſenſerũt.*Cel.ſum. Pont.in ep.adEp.Gal.*

APPENDIX

Damus hic locum arguendi in ordine ad omnes articulos ſpectantes ad perſonam ſpiritus Sancti.

V.
AVGVSTJNVS

Certus ſum, quod quæcunquæ [ *anima* ) ſine gratia mediatoris, & Sacraméro eius inqualibet Corporis ætare de Corpore exierit &c. inultimo iudicio receptura corpus ad pænam *ep.* 28.

CONCLVSJO AVGVSTJNJANA

Parvuli, qui moriuntur baptizati, cum Chriſto regnabunt: at decedentes ſine baptiſmo retinent originis maculam: unde, filii irę dicuntur.

APPENDJX

Quę diſputari ſolent de parvulis non baptizatis,eorumque ſtatu, hic tamquam expoſita ad diſputandum implicamus.

AVGVSTJNO LAVS

Neq; melius potuit loqui Aug. quam Prophetæ, quam Apoſtoli,quorum mentibus ſimiliter male inrellectis, tam multi ſuos defendere conantur errores. *Fac. Herm. in co: mo:*

V.
COELESTJANVS

Parvuli non baptizati, damnationem non incurrunt, cum nullum eis noceat demeritum.

TEXTVS CONTRA CÆLESTJANVM PRO AVGVSTINO

Per unius (*Adæ*) delictum in omnes homines in condemnatione *Rom.* 5

AVGVSTINO LAVS

Contra iſtam clariſſimam laudationis tubam ( *loquitur de laude Auguſt. a Cęleſtino data in ep.ad Ep.Gall.*) contra iſtam ſacratiſſimi teſtimonii dignitatem audet quiſquã malignæ interpretationis murmur emittere? *D. Proſp. l. cont. Coll.*

VI.

VJ.

## VJTALJANVS

Lex bona eſt, qua ſola Deus hominem adiuvat ad exordium bonę voluntatis.

### TEXTVS PRO AVGVSTINO CONTRA VJTALJANVM

Non iuſtificabitur ex lege omnis caro coram Deo *Rom.* 3.

### LAVS AVGVSTJNO

S. Thomas B. AVGVSTI-*NI* veſtigia in ſequens, Ecclęſiam doctrinis, & ſcientiis quam plurimis adornavit, *Clem.* 5. *S. Pont. ep. ad Tolet.*

VI.

## AVGVSTJNVS

An & iniuſtus, ut Iuſtus fiat, legitime lege uti debet, qua tanquam pedagogo perducatur ad gratiam, per quam ſolam, quod lex iubet, poſſit implere? *de ſp. & lit. c.* 10.

### CONCLVSJO AVGVSTJNJANA

Bonitas legis non adiuvat intus ad bene agendum, ſed ſola gratia.

### APPENDJX.

Hic expoſitæ arguentibus intelligantur queſtiones à Theologis agitatæ in materia de legibus.

VI.

## CAIANVS

Mala eſt lex, ipſaque blaſphæmanda, quæ prævaricatores facit.

### TEXTVS CONTRA CAIANVM PRO AVGVSTJNO

Lex peccatum eſt? abſit: ſed peccatum non cognovi, niſi per legem. Rom. 7.

### AVGVSTINO LAVS

Illa Ecclęſię lingua, Auguſtinum loquor &c. *S. Bern. Serm.* 80. *in Cant.* Audiam Auguſtinum, cui contradicere fas non eſt *S. Ild. Ser.* 2. *de B. V.*

VII.

## MANJCHÆVS

Concupiſcentia, mala natura eſt, Dei mali effectus.

VJJ.

## AVGVSTJNVS

Non caventur opera mala, niſi frœnetur Concupiſcentia mala, quę à te horrenda impudentia vel potius amentià dicitur bona. *l.b.* 4. *op. imper. c.* 69.

VJJ.

## JVLIANISTA

Concupiſcentia bona eſt, nec cauſa mali

TEX.

## TEXTVS PRO AVGVSTINO CONTRA MANICHÆVM

Concupiſcentia Carnis non eſt a Patre. *Ioan. 2*, neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus Sancti? *1. cor. 6.*

## LAVS AVGVSTINO

Magnus Aug. doctrina, & verecundia iuxta nobilis: cuius tanta gloria eſt, ut nullius laudibus creſcat, vituperatiõeve minuatur. *Pius 2. ſmu, Pont. ep.* 130.

## CONCLVSIO AVGVSTINIANA

Concupiscentia eſt inclinatio ad malum: ſolo peccato facta eſt.

## APPENDIX

Oculis obiectę hic cenſeantur propoſitiones, quas Theologi examinant de concupiſcentia, & fomite.

## TEXTVS CONTRA IVLIANISTAM PRO AVGVSTINO

Peccatum non cognovi, niſi per legẽ, nam concupiſcentiam neſciebã, niſi lex diceret, non concupiſces. *Rom.* 7.

## AVGVSTINO LAVS

Sed nunc *SS.* DD. auctoritates in medium afferamus, ac IN PRIMIS AVG. Illuſtriſsmi latinorum Doctorum, quem quinta ſyn. CONSECRAVIT *conc: Gen. Florent. ſeſſ.* 7.

VJJJ.

## PELAGIANVS

Arbitrium abſque gratia ſufficit ad implenda precepta: agit, non agitur.

## TEXTVS PRO AVGVSTINO CONTRA PELAGIANVM

Dabo eis cor novum, & Spiritum novum tribuam in viſceribus eorum *Ezech.* 11.

VJJJ.

## AVGVSTINVS

Certum eſt, nos mandata ſervare, ſi volumus. ſed quoniam preparatur voluntas a Domino ab illo petendum eſt, ut tantum velimus, quantum ſufficit, ut volendo faciamus *de g. & lib. arb. c.* 16.

## CONCLVSIO AVGVSTINIENA

Homo gaudet libertate, & ad bonum a gratia dependet: agitur, ut agat.

VJJJ.

## MELANCTONISTA

Humanum arbitrium eſt titulus ſine re, a gratia agitur, non agit.

## TEXTVS CONTRA MELANCTONISTAM PRO AVGVSTINO

Facite vobis cor novum, & Spiritum novum. *Ezech.* 18.

La-

### LAVS AVGVSTINO

De arbitrio tamen libero & gratia Dei, quid Romana, hoc eſt Catholica, ſequatur, & aſſeveret Eccleſia, licet in varijs libris B. Auguſtini ET MAXIME AD PROSP. ET HIL. poſſit Cognoſci &c. *S. Hormis da ſum. Pont. Ep.* 77.

### IX. NESTORIANVS

Duæ ſunt in Chriſto perſonę; at perſona *Divina* ſolo affectu naturam ſibi copulavit humanam.

### TEXTVS PRO AVGVST. CONTRA NESTORIANVM

Qui enim ſanctificat, & qui ſanctificantur, ex VNO ( *Chriſto* ) omnes *Hebr. 2.* Verbum caro FACTVM eſt *Ioan. 1.*

### LAVS AVGVSTINO

Auguſtinus columna, & firmamentum veritatis &c. in qua THRONVM SVVM POSVIT SAPIENTIA DEI *Rup. l. 5. de op. Spir. t. S.*

### APPENDIX.

Eligat hic arguens theſim quam vult, ſpectantem ad materiam de gratia & de libero arbitrio.

### IX. AVGVSTINVS

Agnoſcamus geminam, ſubſtantiam, Chriſti Divinam ſc., qua æqualis eſt Patri: humanam, qua maior eſt Pater. Vtraque autem ſimul, non duo, ſed unus eſt Chriſtus, ne ſit quaternitas, non Trinitas Deus *tract. 78. in Ioan.*

### CONCLVSIO AVGVSTINIANA

Duæ ſunt in Chriſto impermiſtæ naturæ, humanà, & Divina: eadem enim natura per mortem indiſſolubilis, morte diſſolui non poteſt. Perſona verbi fuit carni phyſicè unita

### APPENDIX

Ex ceteris articulis ad tractatum de incarnatione Dominica pertinentibus, aſſumat quiſque ventilandū quem vult

### AVGVSTINO LAVS

Quid quid de Chriſtò, de Fide, de Religione aliquid ſaperent, omnibus in ore erat Auguſtinus, ut nihil penè è ſacris litteris poſſit, NISI EO DVCE INTELLIGI, nihil NISI EO INTERPRETE EXPLICARI. *Mart. 5. S. Pont. in Serm. de transl. S. Matris Monicę*

### IX. EVTYCHIANVS

Poſt unitionem, una ex duabus naturis in Chriſto effecta fuit.

### TEXTVS CONTRA EVTYCHIANVM, PRO AVGVST.

Solus ( *Dominus* ) habet immortalitatem *1. ad Tim. 16.* pro impiis ( *chriſtus* ). mortuus eſt *Rom. 6.*

### AVGVSTINO LAVS

Auguſtinus gemma Doctorum, pater Theolog. ſuavis eloquio omnes materias penetrando dilucidavit *S. Anton. Arch. Flor. par. 2. tit.* 10

X.

## X.

### SEMIPELAGIANVS

Prædeſtinat Deus ad gloriam ob arbitrii merita ſub conditione futura, quæ homines facturi fuiſſent, ſi diutius vixiſſent,

### TEXTVS PRO AVGVSTINO CONTRA SEMIPELAGIANOS

Reliquiæ ſecundum electionem gratiæ SALVÆ factæ ſunt: ſi autem gratia, iam non exoperibus. *Rom.* 11.

### LAVS AVGVSTINO

Nemo eſt, qui ignoret, quantum utilitatis attulerit Eccleſiæ Dei magnus illius Doct. Aug. &c. hinc factum eſt, ut ex illius doctrina&c. tot Eccleſiaſtica dogmata fulcimentum, & robur acceperint. *S. Ca. Bo. ad C. Me.*

## X

### AVGVSTINVS

Bonus eſt Deus, iuſtus eſt Deus, poteſt aliquos ſine bonis operibus liberare, quia bonus eſt: non poteſt quemquam ſine meritis damnare, quia iuſtus eſt *l. cont. Iul. c.* 18.

### CONCLVSIO AVGVSTINIANA

Prædeſtinatio ad gloriam eſt beneficium Dei. Reprobatio ad gehennam eſt opus iuſtitiæ ob demerita.

### APPENDIX

Iudicentur hic exhibitæ omnes thæſes, de quibus agunt ſcholaſtici in tractatu de prędeſtinatione, ac reprobatione.

## X.

### CALVINISTA

Ante quodcunque prævifum demeritum prædeſtinat Deus homines ad gehennam: immò ideo eos creat, ut damnet.

### TEXTES CONTRA CALVINISTAM PRO AVGVSTINO

Abſit à Deo impietas&c. vere enim Deus non condemnabit fruſtra, nec omnipotens ſubvertet iudicium *Iob.* 34.

### AVGVSTINO LAVS

A ſole omnia aſtra Lucent. ab Aug. qui poſt ipſum fuerunt Doctores ſapientiæ lumen accipiunt: ipſe vero propria luce lucet, quam & à ſolo Deo accepit. *S. Thom. Vill. Nova ſerm.* 1. *de S. Aug.*

## XI.

### CASSIANISTA.

Initium Fidei bonorumque operum non prędeſtinat univerſaliter Deus.

## XI.

### AVGVSTINVS.

Predeſtinatione quippe Deus ea preſcivit quę fuerat ipſe facturus &c. preſcire autem poteſt etiam quę ipſe non facit, ſicut quæcumque peccata. *de Pred. SS. c.* 10.

## XI.

### THEODORIANVS

Predeſtinat Deus, ut homines peccent.

TEX-

TEXTVS PRO AVGVSTINO CONTRA CASSIANISTAM

Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis 2. cor. 3.

LAVS AVGVSTINO

Cum multi Pontif. predeces. noſtri doctrinę *Aug* de gratia tam acres fuerint aſſertores, ac vindices, ut quaſi hereditario iure eam in Eccleſia relinqui voluerint, equum non eſt, ut patiar hac hereditate privari *clem. 8. ſ. Pont. in decret. ap. P. Guil. Gybieuf.*

CONCLVSIO. AVGVSTINIANA

Predeſtinaut Deus bona, pura verò peccata ſolum permittit.

APENDIX.

Intendimus hic diſputationi expoſitum quid quid diſputari ſolet de decretis Dei, eiuſque concurſu.

TEXTVS CONTRA THEODORIANVM PRO AVGVST.

Quoniam non Deus voleus iniquitatem tu es, *Pſalm.* 5.

AVGVSTINO LAVS

Nos proinde ſequentes Doctoris *Aug.* ſententiam &c. ducem ergo *Auguſtinum* advocemus, ut quam partem contra hæreticos muni tiorem eſſe pronunciet audiamus. *ſyn.* 5. *Tolet.*

XII.

IOVINIANISTA

Natura ſibi ſufficit ad omne opus bonum, ac iuſtitiam.

TEXTVS PRO AVGVSTINO CONTRA IOVININISTAM

Si per legem( *item per naturam*) iuſtitia; ergo Chriſtus gratis mortuus eſt *ad Gal.* 2.

XII.

AVGVSTINVS

Interna atq. occulta[*alludit ad lenitatem Aſſu. tunc infid.*)mirabili &c. poteſtate operari Deum in Cordibus hominum, non ſolum veras revelationes ſed etiam bonas voluntates *l. de gr. Chr.* c. 24.

CONCLVSIO AVGVSTINIANA

Jnfideles ex ſe ipſis bonum non agunt: ex motione Dei bonos actus eliciunt.

XII.

BAIANVS.

Omnia opera ab infedeli facta peccata ſunt.

TEXTVS CONTRA BAIANVM PRO AVGVSTINO

Convertitque Deus ſpiritum Regis in manſuetudinem ( *loquitur de Aſſuero tunc infideli*) et feſtinus, ac metuens &c. *Heſt.* 15.

La-

| LAVS AVGVSTINO | APPENDJX | AVGVSTJNO LAVS |
|---|---|---|
| Eximia, omniſque humanæ laudis præconium longe ſupergreſſa ſancti *Aug.* Eccleſiæ Doctoris præcellentiſſimi &c. decora &c. *Clem. X. ſum. Pont. in diplom* 1671. *die* 18.*dec* | De infidelibus multa alia Theologi diſputant: ex iis, quæ ad diſputandum aſſumi debeant, placito eligentis relinquimus | Fulgidiſſimo eccleſieCatholicæ lumini, maximoquæ Doctori Sancto *Aug.* &c. *Clem. XI ſum.Pont.in decr. contra prop. Aun, an.* 1704 *die* 28. *Ian.* |



99 95 8565

1.5 F.14

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google